



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

12. Noli prævaricari in Amicum, pecuniam differentem. Eccl. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

## REGULA DUODECIMA.

*Noli pravaricari in amicum pecuniam differentem. Eccl. v.*

## PARAPHRASIS.

*Non sis molestus amico, qui differt solvenda id, quod tibi debet, melius est tuam pecuniam tardius recipere, quam cito charam amicitiam perdere. Recipitur enim pecunia, si mutuo datur ex affectione; Sed plus perditur quod ipsa pecunia valeat, si ad hanc recipiendam perdatur amicus.*

## REFLEXIO.

**S**i cogaris ad petendam solutionem restituere, crede, quod creditorem plus premere ro gravius accidat, non habere pecuniam, quam debere; Sis contentus afflictione ipsius & inquietudine, pudore eum suffundas, loquendo plus de hocce negotio.

Illi qui parum habent veræ amicitiam erubescunt amico debitum suum in memoriam revocare. Cùm multum amicum habeat

habeas, & multum generositatis, erubescere ipsemet quod ejus recorderis.

Non satis generosum est, desuper tacere, perfecta honestas requirit, ut id etiam obliviscaris.

## REGULA DECIMA-TERTIA.

*Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem.*

Eccl. 29.

## PARAPHRASIS.

*Expone pecuniam tuam periculo, dum eam fratri aut amico mutuo das, & crede, quod sit semper honorabilius & securius in manibus esse illorum, quam esset in thesauro abscondita, & occlusa sub saxo.*

## REFLEXIO.

**D**ebes credere, quod perdideris pecuniam, dum eam amicis inutilem reddis. Quando te rogant pro aliqua gratia, sis promptus ad eam offerendam: nullum aliud time periculum, quam quod nimis diu deliberaveris, & aliam

K 7

non